



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

1. Vtrum Iudæ regnum steterit annos 396.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

XXIV. v. i. Septem annorum erat Joas cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 12. v. 1.

XXV. ver. i. Viginti quinque annorum erat Amasias cum regnare cœpisset, & viginti nouem annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 14. v. 1. & q. 3.

XXVI. vers. 3. Sedecim annorum erat Ozias cum regnare cœpisset, & quinginta duobus annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 15. v. 1. q. 4.

XXVII. v. i. Viginti quinque annorum erat Joatham cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Jerusalem. Idem repetitur v. 8. Vide 4. Reg. 15. q. 6.

XXVIII. v. i. Viginti annorum erat Achaz, cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 16. q. 7.

XXIX. Iḡtur Ezechias regnare cœp̄it, cūm viginti quinque esset annorum, & viginti nouem annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 18. q. 9.

XXXII. vers. 24. In diebus illis agrotauit Ezechias usque ad mortem. 4. Reg. 18. q. 14.

XXXIII. Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset, & quinginta quinque annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 21. v. 1.

Ibid. vers. 21. Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset, & duobus annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 21. v. 19.

XXXIV. Octo annorum erat Josias cum regnare cœpisset, & triginta & uno anno regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 22. v. 1. num. 1. & 2.

XXXVI. v. 2. Viginti trium annorum erat Joachaz, cūm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 23. v. 31.

Ibidem v. 3. Viginti quinque annorum erat Joakim, cūm regnare cœpisset, & videntem annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 23. q. 16.

Ibid. v. 9. Octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset & tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 24. v. 8. q. 21.

Ibidem v. 11. Viginti & unius anni erat Sedecias cum regnare cœpisset, & videntem annis regnauit in Jerusalem. 4. Reg. 24. v. 18. q. 22.

## Q VÆ S T I O I.

Vtrum Iuda regnum steterit annos 396.

Hanc questionem in Tironum gratiam hic pono, contra Paludanum,  
qui id assertit, Tract. 3. de concordantia temporum regum Iuda & Israe-  
iel, cap. 5. varijsque rationibus ex Iosepho desumptis, quas demonstrationes  
vocat, probare nititur. Primam ex libro 10. Antiq. cap. 11. depromit, vbi disertè  
Templum incensum dicitur, annis ex quo constructum fuerat 470. elapsis, men-  
sibus sex, diebus decem. Salomon autem Templi fundamenta iecit anno 4. re-  
gnis sui, & ex Iosephi sententia regnauit annos 80. Sic à fundatione Templi,

cc 2

usque

*Id afferit  
Paludan:  
probatur  
Iosepho 15*

lippi

nologia  
stamenti

IV

13  
H. Phi  
sīro  
Arg. 1.  
Arg. 2.  
Arg. 3.  
Arg. 4.  
Arg. 5.

QVÆST. CHRONOLOG. I.

214  
vsque ad initium regni Iuda Paludanus annos 76. enumerat, qui fideliter  
470. annis, mensibus sex, diebus decem; remanebunt, inquit, circiter pro-  
anni 395.

**Confirm.** 2. Confirmat hanc rationem alio Iosephi testimonio, quib[us] cap. penultimo tempus à Templo condito, vsque ad captiuitatem Regis Iudeam, ait fuisse annorum 466. mensium sex, dierum decem: quos annos danus à Templo consummato, anno vndeclimo Salomonis deducit. Quae ad initium regni Iuda 69. annos inserit, qui si ex 466. detrahantur, nebunt 396.

3. Secundam, quam vocat demonstrationem format ex illo libro cap. 11. ubi Templum deslagrassè scribitur transactis à migrata Aegypti ad 1062. mensibus sex, diebus decem. Atqui idem auctor docet, iacta Tempora annis ab Exodo 592. euolutis. Ergo Templum stetit annis 395. vero Iuda 395. ut in demonstratione superiori, inquit.

4. Tertiam demonstrationem ait formari ex eodem libro & capitulo tempus, quo Dauid & successores eius vsque ad Sedeniam regnorum definit annis quingentis quindecim, mensibus sex, diebus decem auferantur 40. Dauidis, 80. Salomonis, hoc est, 120. remanebunt annos 6. dies 10.

5. Quartam formare contendit, ex lib. 7. de bello Iudaico cap. 10. Rufini versione ab initio regni Dauidis, vsque ad euerionem Ierusalem sub Tito, colliguntur anni 1174. Hoc autem verum non esset, nisi Iuda tribuerentur anni 395. Ergo &c. Minorem latè deducit hoc modus:  
 A Dauide vsque ad Salomonem sunt anni 40.  
 A Salomone vsque ad initium regni Iuda 40.  
 A fine regni Iuda vsque ad Cyrus 70.  
 A Cyrus vsque ad euersam à Tito Ierosolymam sunt Olympiades 629. annus qui faciunt annos

Siergo his addideris annos regni Iuda 395. colliges à Dauiderem excidium Vrbis sanctæ sub Tito Duce annos 1174.

6. Quinta demonstratio sic formaturex sententia Iosephi Lib. 6. de bello cap. 10. tradit à prima Templo fundatione quead excidium eiusdem sub Tito fluxisse annos 1130. mensis 7. diebus autem non essent, nisi regnum Iuda durasset annos 396. ut demonstratur.

7. Iosephus lib. 6. de bello cap. 10. tradit à prima Templo fundatione quead excidium eiusdem sub Tito fluxisse annos 1130. mensis 7. diebus autem non essent, nisi regnum Iuda durasset annos 396. ut demonstratur.

curta dictum est. Restant ergo, inquit, à prim. fundatione Templi, usque ad Sedecia cā anni 431. menses 7. cum medio. Tolle ab hac summa 36. annos, qui supersuerunt regno Salomonis, à fundatione Templi, usque ad initium regni Iuda; restabunt ab initio regni Iuda, sive ad finem eius anni 395. menses 7. cum medio. Fatetur autem Paludanus in tri-  
bus posterioribus demonstrationibus Iosephum suam de annis 80. regni Sa-  
lomonis contentiam reuocasse.

8. Ex Ezechielis 4. v. 4. ait se probabilem hanc argumentationem confice-  
re. Tot diebus Ezechiel super latus sinistrum dormire iussus est, quot annos Is-  
raelites usque ad illam iussionem Deum offenderant, per idolatriam publico  
edicto promulgatam, quam ait factam statim initio regni Ieroboam: ergo inde  
usque ad finem anni quinti Sedeciae fluxerunt anni 390. Sedecias autem regna-  
vit integris undecim annis: atque ita regnum Iuda annos tenuit 396. Quæ argu-  
mentatio ut sit efficax ait hæc tria esse supponenda.

1. Hoc imperatum Ezechielis, in fine anni quinti Sedeciae regis Iuda.
2. Sedeciam annos undecim regnasse.
3. Ieroboam fuisse primum, qui publico edicto apostasiam à Dei cultu pro-  
mulgarat.

9. Verum hærationes in examen iure vocari possunt, tum in genere, tum in *Paluda-*  
*nus in ge-*  
*specie singulae.* In genere quidem, quia si Iosephus reuera opinabatur Salomo-  
nus 80. annos regnasse à veritate aberrabat, & tres posteriores, quas Paluda-  
nus demonstrationes vocat, cum Iosephi opinione pugnant. Si Salomonis  
Imperium fuit quadraginta annorum, ut disertè ex Scripturæ testimonio com-  
muni, auctorum sententia pronunciat, tres priores argumentationes falso ni-  
tuntur fundamento. Deinde mirum est demonstrationes, ex illius auctoritate  
confici, qui eadem de re sibi non constat.

10. In specie vero, primum argumentum falsa inuoluit: tantum abest, ut sit de-  
monstratiuum; quia nec Salomon 80. annos regnauit, ut dixi 3. Reg. 6. q. 6. Nec *In specie.*  
templum 470. annos stetit, ut probauit 4. Reg. 25. q. 23. fateturque Paludanus.  
Confirmatio illius argumenti etiam cum veritate pugnat. Nam illi 466. anni à  
fundato Templo non computantur assidente Paludano. Quod vero nec à  
perfecta anno undecimo Salomonis fabrica numerati possint, vel inde colligi-  
mus, quod hoc modo Templum stetisset 473. annis: totidem enim exurgunt,  
hac 466. anni 7. addantur in structuram impensi. Id autem nec admittit Palu-  
danus, qui Templi durationem 470. annis definit, nec veritas patitur. Siqui-  
dam regnum Iuda 37. annis à Templo fundato decursus ortum est, quibus à  
473. subductis, 436. anni remanebunt stanti Templo tribuendi: hic autem nu-  
merus neque cum annis singulorum Iuda, neque cum Iosephi doctrina, neque  
cum Paludani rationibus congruit.

Ad 2.

11. Secunda quæ dicitur demonstratio in primis res falsas pro veris dum ab exodo ad Templum 592. annos supputat; ad calum vero Secundum Adhæc præcedenti testimonio Iosephi contradicit, quo anni 466. ad 471. absoluo usque ad eius incendium numerabantur: his adde 7. concomites Templi 473. Hic autem tantum 470. ponuntur. Denique foundationem & ruinam Templi annos 470. inscriuetis; hinc 7. ex anno Templum ædificatum est, atque ita remanebunt à Templi perfectione dem excidium anni 463. non 466. ut volebat Paludanus.

Ad 3.

12. Ad tertiam dici potest 1. ex ea nihil colligi, nisi admissis 80. annis, quorum dimidiam tantum partem, & veritas ipsa agnoscat, frequentes argumentationes admittunt, dum ab enchronismo Davidis, primordia regni Iudæ octoginta annos computant, nempe 40. Denique Salomonis. Ergo si veritati & tribus Iosephi testimonij se de sumptis credimus, non 120. sed octoginta dum axat anni subducuntur ijs quos David & posteri eius regnabant, ut feligantur anni quo regnauit. Si autem 80. de 515. tollantur, regni duratio 435. annorum vel nouissimorum. Dici potest 2. Ex illis 515. annis, Iosephus Sauli tribui vicerunt enim dixisset eos regnasse 515. annos, mentes 6. dies 10. protinusque ex eis existens. Unde hunc locum sic bene vertit Gelenius: 16. regnum quingentos & quindecim annos continent, & sex insuper mensis, cum dictum numeratur 20. annis primi regis Saul. Replicat Paludanus & ait textorum hoc est, Græcum loqui ambigui, eo quod particula ει, aliquatenus extra sive præter, & hoc loco ita accipi, ut Iosephus dicat: extra partem (supple 515. annos) viginti principatum obtinuit Saul: alias falso Iosephus Davidis progeniem regnasse 515. annos. Verum hæc effugia demonstrant non conficiunt. In ambiguis ordinaria significatio retinenda est, quæco retinuit non unus Gelenius, sed & ante eum Rufinus. Neque Iosephus falso illos 515. annos Davidicæ familiæ, tanquam posterior annos ad quidem diserte monet, partem exiguum illorum annorum, quæ postea principatum referendam esse.

Ad 4.

13. Quartum argumentum longè à demonstratio distat. Infraenam annos 70. servitutis Babylonicae non esse numerandos à fine regni, sed ab initio regni Nabuchodonosoris. Deinde Cyrus apud Persepolis primo Olymp. 55. regni habendas capessuisse; sed annos 70. capessisse dæorum non prius expletos, quam Cyrus post annum vigesimum in Persici, Babylonicum imperium adipisceretur. Minor igitur annos 470.

neccito neganda est: sed neque Maior propositio certa est. Antiqua enim Ruffi editio Parisiensis an. Dom. 1513. non habet anno 1174. sed 1177. Graeca vero Iosian. Dom. 1544. exhibet annos 1179.

14. Nec quicquam roboris habet *quinta ratio*: nam Græcus textus habet e-  
cilia a Chaldæis Ierosolyma annis 477. & mensibus sex, postquam inde rex  
David Chananaeos expulerat. Id quidem facetur Paludanus, & ait se in hac de-  
monstratio *quinta secutum esse textum Latinum Iosephi*, qui in dueris editionibus trans-  
latomusque diversorum interpretum, illum ipsum inquit, à me positum numerum vbi-  
que ramet. Verum id de omnibus Latinis translationibus dici nequit: certe  
non retinet antiqua illa editio Parisiensis: aliquæ habent annum quadringen-  
timum sexagesimum quartum.

15. Falsa est supputatio, quæ à Templo fundato, usque ad euersam à Tito *ad 1150*  
Ierosolymam annos 1150. enumerat: hanc enim Titus excidit anno ætate Chri-  
stie pugnatio: primi vero templi fundamenta iecit Salomon circa annum  
ante eandem æram 1020. ex quibus non nisi 1050. anni colliguntur. Sic nihil  
promouet *ratio sexta*.

16. Vix *septimi argumenti* suo loco expendam: hic tantum dico non consta-  
vitum iste annorum 390. numerus ab initio regni Ieroboam emergat. Si-  
quidem 2. Paralip. 11. v. 16. & 17. legimus aliquos saltrem, ex Israelis regno veri-  
tatem triennio retinuisse. Deinde anni qui ab initio Roboami usque ad  
finem quinti Sedeciae efflaxerunt sunt pauciores quam 390. Nec est ratio, quæ  
fuderet hos annos anno 5. Sedeciae finiri potius, quam Vrbis obsidione vel ex-  
adiutorio Sedeciae annos undecim regnarit, & Ieroboam primus editio pu-  
blico apostasiam à fide & vera religione promulgarit. Hoc enim fortasse non  
ante annum secundum regni sui patravit. Denique valde probabilis est doctri-  
na Salliani qui ad annum m. 3061. num. 11. solemnem dedicationem vel tem-  
plorum vel vitulorum à Ieroboamo mense octauo, die decima quinta scelerata  
est factam, ad annum secundum illius referit; ynde forte nonnemo istos 390. an-  
nos computabit.

Vide quæ in cap. 4. Ezechielis de illis 390. annis latè dispuo.

## II. PARALIP. XXXVI. v. 20.

*S*iquis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruit regi, & filius eius, donec imperaret  
dux perserum, & compleretur sermo Domini, ex ore Ieremie, & celebraret terra sabbatum  
sua, cunctu enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum complerentur  
septuaginta anni. Hæc sequentibus questionibus explicanda  
sunt.

QVÆ

lippi

nologia  
stamenti

IV